ARCHIWUM UNIWERSYTETU JAGIELLOŃSKIEGO

ZESPÓŁ:

Rękopisy XV–XVIII w.

SYGNATURA:

Rkps 15 – Synopsis iurium et privilegiorum nec non constitutionum regni et magistrorum Studi generalis Cracoviensis, w. XVIII

DIGITALIZACJA:

Biblioteka Jagiellońska

2022 r.

1. NR ARCHIWUM:	2. NAZWA ARCHIWUM:	
805	Archiwum Uniwersytetu Jagiellońskiego	
3. NAZWA ZESPOŁU:		
Rękopisy XV–XVIII w. (Rkps)		
4. NR ZESPOŁU:	5. SYGNATURA OBIEKTU:	
2	Rkps 15	
6. LICZBA STRON/KART:		7. LICZBA SKANÓW:
58		63
8. DATA WYKONANIA:	9. NAZWA PRACOWNI:	10. WYKONAWCA KOPII CYFROWYCH:
2022	Biblioteka Jagiellońska	-
11. UWAGI:		
-		

515

№ 15

Synopsis
Statutorum Academiæ

15 Ak.

SYNOPSIS
IURIUM & PRIVILEGIORUM

iurium & privilegiorum

necnon

Constitutionum Regni et Magistrorum Studij Gene
ralis Cracoviensis; circa idem Studium ordinandum
et promovendum in eadem Vniversitate Studij Gene
ralis Cracoviensis ad Annum Domini M. DC. L. = 1650.
reperibilium per M. GABRIELEM OCHOCKI Me
dicinæ Dr̃em et Ordinarium ejusdem Facultatis
Medicæ in eadem Vniversitate Cracoviensi Pro
fessorem Consulem Cracoviensem
Coram Notario Apostolico Publico
officiosè

CONFECTA.

In Nomine Domini Amen

Præsenti publico Instrumento Cunctis pateat evidenter et sit notum. Quo:
modo anno à Nativitate Ejusdem Domini Nostri JESV Christi, Mil
lesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Indictione Romana Tertia, Pon
tificatûs Sanctissimi Domini Nostri Domini Innocentij Divinâ
Providentiâ Papæ Ejus Nominis Decimi, feliciter moderni, Anno
Ipsi:

Pro Bibliotheca Collegii Juridici.

Ipsius Sexto. Die verò Mercurij Vigesima Mensis Julij. Inmei Notarij Publici, Testiumq; infrascriptorum ad id specialiter vocatorum et rogatorum præsentia personaliter constitutus Clarissimus et Excellentissimus Dominus Gabriel Ochocki Medicinæ Doctor et Ordinarius ejusdem in Alma Academia Cracoviensi Professor, Consul Cracoviensis, Principalis, tenens et habens suis inmanibus, certos quosdam Libros, Numero Septem: quorum quinque, Duo Pargamenei antiquo charactere, Tres papyracei, unus similiter antiquo charactere, Duo recentiori, omnesq; in folio, ac omnes manuscripti Almæ Vniversitatis Cracoviensis sunt proprij: reliqui autem Duo, vnus in folio Constitutiones Comitionum Generalium Regni Poloniæ à multis annis in se continens: alter verò in quarto qui inscribitur de Academia Parisiensi. Auctore Claudio Hæmereo, vterquè impressi, alieni: ex quibus certa Privilegia, Confirmationes, Statuta Conclusiones, tam intoto, quàm in parte, duntaxat, et punctatim transumi, ac in publicam et Authenticam Transumpti formam àme Notario Publico infràscripto redigi debita cum Instantia petyt et postulavit. Horum omnium Librorum Qualitates et Inscriptiones singulariter singulorum, Transumptorumq; Series, infrà describentur. Insuper obtulit Literas quasdam binas Summorum Pontificum: alteras Bonifacij Noni, de Data Romæ, apud Sanctum Petrum, Tertio Idus Januarij. Pontificatus ipsius, Anno Octavo, cum Sigillo plumbeo, in funiculo sericeo, rubeo flavoq; contextum pendenti. Alteras verò Pauli Quinti, de Data Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die decimaquarta Novembris. Anno Millesimo Sexcentesimo Decimo Tertio, cum Sigillo in vasculo facto ex lamina ferri albi, incluso, filis canabi pargameno firmiter alligato emanatti, sanas, salvas, integras, ac omni prorsus notâ et vitiô carentes. Quarum itidem series infrà videbitur. Priorum autem Librorum quinque, Vniversitatis prædictæ. Primus Liber est, varia Privilegia tam Summorum Pontificum, quàm Serenissimorum Regum Poloniæ, Academiæ Cracoviensi concessa, eaq; ex suis Originalibus transumpta, et in Sexaginta foljs pargameneis ejusdem conscripta, in se continens cui post ultimum Privilegium Authoritas Ordinaria Illustrissimi et Rñdissimi olim Petri Tylicki Episcopi Cracoviensis cum subscriptione manûs ipsius propriæ, ac sigilli ejusdem appositione, de Anno Millesimo Sexcentesimo Duodecimo. Cra-

co:

covia. Die septima Mensis Septembris. ad effectum fidei adhibendæ est interposita. Secundus Liber in Pargameno similiter scriptus inscribitur sic: Ista sunt Statuta Vniversitatis Studij Cracoviensis conclusa per Vniversitatem nullo contradicente &. Tertius inscribitur sic: Sexta Pars Metricula incorporatorum Vniversitati Cracoviensi. Quartus autem Liber est qui sic inscribitur. Liber Constitutionum Almæ Vniversitatis Cracoviensis Studij curâ, et impensis Domini Mathiæ de Miechow: Cujus Constitutiones, et Conclusiones ab Anno Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Primo incipiunt desinunt autem in Anno Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Octavo. Quintus deniq; et ultimus prædictæ Academiæ Liber est, qui sic inscribitur DEO OPT: M.A.A: auxiliante, Conclusionum et Constitutionum Pars tertia, qui incipit ab Anno Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Nono, et stetit nunc in anno Millesimo Sextentesimo Quinquagesimo. In primo itaq; Libro ostendit mihi præfatus Excellentissimus Gabriel Ochocki, Privilegia almæ academiæ Cracoviensis concessa, Serenissimorum olim Imum Solio S. Vladislai Jagellonis de Data Cracoviæ Feriâ Secundâ proximâ post diem Sancti Jacobi Apostoli. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo, et in eo, Puncta quatuor transumenda. 2dum folio 13tio de data Cracoviæ in die Pentecosten, Anno Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Quarto Casimiri. et in eo punctum unum transumendum: 3tium Alexandri Regum Polonorum fol: 46. de Data Cracoviæ Die Dominico Lætare. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Secundo. et in eo puncta duo transumenda. Item Confirmationes eorundem Privilegiorum à Sancta Sede Apostolica, primam folio 22 Joannis de Data Romæ V. Idus Augusti. anno I: psig Primo et in ea punctum unum transumendum; 2dam folio Ad Vrbani Summorum Pontificum; de Data Avinioni Idus Septembris Pontificatus ipsius Anno Secundo in toto de verbo ad verbum transumendam: quorum tenores infra videbuntur. In Libro Constitutionum Regni Poloniæ ostendit mihi duas Constitutiones in quibus Academiæ Privilegia confirmantur, unam sub Anno Millesimo Sexcentesimo Decimo Tertio. Die Decimanona Februarij. Alteram sub Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio utramq; Idiomate Polonico et sub Titulo simili videlicet: Akademia Krakowska condi

tam

tam harum tenores infrà. **In Secundo** Academiæ præfatæ Libro Pargame-
neo ostendit mihi foliô 3tiô Statutum de Juramento Rectoris. Item paulò in-
feriùs. Statutum folio 7mo. Quod Rector post Rectoratum suum infra unũ
Mensem non debeat recedere de Studio. Item folio 22do. Statutum de alibi
Promotis. **In Tertio** Libro ostendit mihi **Juramentum Studiosorum. In**
quarto Conclusiones varias Vniversitatis dictæ. **In quinto** Similiter, qui-
Annos quarti Libri proximè sequentes continuat, Conclusiones ostendit,
ex quibus eas tantum, quæ de admittendis ad responsionem pro loco alibi
promotis sunt conclusæ, incipiens ex quarto Libro ab anno Millesimo
Quadringentesimo Quinquagesimo, in quo ejusmodi Prima Conclusio
inventa est usq; ad Annum currentem, dictas Conclusiones proximè et im-
mediatè se subsequentes, diligenter perscrutari easq; transumi petijt: quo-
rum Series infrà. Deniq; in ultimo qui inscribitur **De Academia Pari-**
siensi Libro punctum folio 92. 93 et 94 ostendit. Petens ut suprà, sic à se
ostensa et perscrutata omnia transumi. Quorum omnium et singulorum
suprà specificatorum tenores tales sunt prout sequuntur: **Ex Primi Libri**
a. **Privilegio.** Vladislai Jagellonis **Tenor Primi Puncti** talis est prout sequit:
Volumus ut omnes Scholares et Studentes, Cracoviam accedentes ibidem
causâ Studionum moraturi, proprium Rectorem habeant, qui in Civili-
bus Causis ipsos judicet: habeatq; Jurisdictionem Ordinariam super
omnes, cui sub onere Juramenti, debitum obedientiæ præstare et honore-
exhibere teneantur: nec ullus unquam in eisdem Civilibus Causis Stu-
dentes et Scholares Vniversitatis Cracoviensis cujuscunquè Status et Con-
ditionis fuerint alibi coram Judice alieno Ecclesiastico vel Sæculari au-
b. deat convenire. §§ **Tenor Secundi Puncti** talis est: Item si Rector contra
aliquem de Sua Jurisdictione justè processerit et secundùm formam Statuto-
rum ipsum de Vniversitate excluserit, Studionumq; commodis privaverit
ad requisitionem ipsius Rectoris talis privatus de Civitate utraq; tam
Cracoviensi quàm Casimiriensi, et alijs de novo locandis et Cracovia et Ca-
simir̃ in posterum adjungendis per advocatos Cives et Incolas, eaun-
dem protinus expellatur, nullusq; talem in suo hospitio aut mansione
seu domicilio audeat colligere, ac fovere, vel sibi de necessarys vitæ, in vi-
ctu et amictu, aliquid ministrare. Si autem Scholaris vel Studens vel
alius de prædictis Sententiæ, vel Mandato Rectoris non paruerit, Re-
ctori Suo contumax fuerit et rebellis, ad requisitionem ejusdem Recto-
ris

ris, teneantur Advocati et Consules Civitatum prædictarum, eorum Fa-
c. miliam mittere ad dicti rebellis contumaciam compescendam &. Tenor
Tertij Puncti talis est. Statuimus etiam ut quoties aunq; aliquos Scholares
in qualibet facultate per Doctores seu Magistros ad privatum examen mo-
re consveto poni contigerit, super illos Cancellarius Noster, qui pro tempore
fuerit, tanquam Supremus, approbandi ipsum examen omnimodam ha-
bebit potestatem &. &. Tenor quarti puncti talis est. Demum Statuta per Do-
ctores, et Magistros Vniversitatis prædictæ condenda, quæ hîc non potuerunt
contineri, quæ in aliorum Studionum Vniversitatibus juxta possibilitatem
d. servari poterint, volumus pro ipsorum Studio confirmare. Ex Privilegio
Casimiri. Tenor puncti unici sequitur talis. Item volumus ut Scholares
proprium Rectorem habeant qui in Civilibus Causis ipsos judicare de-
beat, habeatq; Jurisdictionem Ordinariam super omnes, qui in Civita-
te Cracoviensi, causâ Studij moram traxerint, omnesq; prædicto Rec-
tori jurare obedire teneantur: nec ullus unquam in eisdem Civilibg Cau-
sis Doctorem, Magistrum, Scholarem, Bedellum, Stationarium, alibi co-
ram Judice quocunquè Ecclesiastico vel Sæculari audeat convenire,
sub pœna decem Marcarum grossorum Pragensium, quam sic trahens in
currat ipso facto, et Fisco Scholarium applicetur &. &. Ex Privilegio Alexan-
e. dri Regis Tenor Primi Puncti talis est, Licèt in Sacris, Majestatis Nostræ
principijs, dum videlicet Principes Spirituales et Sæculares cæteriq; Præ-
lati, Barones, et Regnicolæ Nostri felici Nostræ aderant coronationi, uni-
versa Privilegia, per Divos olim Antecessores Nostros videlicet Ludovi-
alias Loisch, Casiminum antiquum, Vladislaum Avum, et Vladislaum
Patruum, Casiminum Patrem, et Joannem Albertum germanum: a-
liosq; Reges Prædecessores Nostros Regni Poloniæ, ejusq; Regnicolis con-
cessa promiserimus in manibus eorum qui sacrum Nobis imponebant
Diadema tenenda inviolabiliter. Tamen insuper ut ipsi pro eorum in Nos
fide et benevolentia perpendant se proinde gratiarum Nostrarum effec-
et in præsenti consecutos et omni tempore consecuturos procul dubio &. Te-
f. nor secundi Puncti paulò inferiùs est talis. Vt illa ipsa Vniversa et sin-
gula Privilegia Vniversitati prædictæ quomodolibet data et concessa in
suo robore conserventur, quorum omnium tenores perinde esse et valere vo-
lumus, tanquam his Nostris de Verbo ad verbum inserta essent in omni-
bus

bus eorum tenoribus, passibus, Capitulis, conditionibus, clausulis et articulis
duximus ex gratia speciali, virtute et munificentia Regijs Nostris confirman-
da, approbanda, et roboranda, prout confirmamus approbamus et roboramg
§. §§. **Ex Confirmatione Joannis Papæ.** Tenor, punctj unici talis est. Quare pro
parte dicti Regis Nobis fuit humiliter supplicatum, ut Statutis Ordinationibg
Donationibus Approbationibg Incorporationibus, et omnibg alijs præmissis
robur Apostolicæ Confirmationis de speciali gratiâ adijcere dignaremur.
Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, Statuta Ordinationes
Donationes Approbationes et Incorporationes hujusmodi et omnia alia
præmissa necnon quæcunquè secuta rata habentes et grata, ea authorita-
te Apostolica confirmamus, et præsentis Scripti patrocinio communimus.
Supplentes omnes defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem §§. Te-
h. nor **Confirmationis Vrbani Papæ de Verbo ad verbum est talis, ut sequitur**
Vrbanus Episcopus Servus Servorum Dei Carissimo in Christo Filio. Casimi-
ro Regi Poloniæ Illustri Salutem et Apostolicam benedictionem. Decet Regi-
am Celsitudinem non solùm ea quæ per ipsam in favorem et utilitatem
Reipublicæ liberaliter conceduntur observare, sed etiam illa gratiarum mu-
neribus ampliare. Cùm itaquè nuper tu ad utilitatem hujusmodi necnon
prosperitatem Incolarum Regni tui Poloniæ et aliarum Partium vicina-
rum laudabibiliter intendens Civitatem Tuam Cracoviensem, tanquam
insigniorem alijs Civitatibus dicti Regni, et magis accomodam et ido-
neam, ut in ea vigeat Studium Generale in qualibet licita facultate du-
xeris ordinandam, ac omnibus et Singulis Rectoribus Universitatis, Do-
ctoribus, Magistris, Scholaribus, Scriptoribus, Stationarijs et Bedellis e-
orumq3 Familiaribus ad Civitatem prædictam causâ Studij hujusmo-
di se transferentibus et ibidem morantibus nonnulla certa Privilegia
duxeris liberaliter concedenda, quæ dilecti Filij Consules, Scabini, et Ju-
rati dictæ Civitatis perpetuò tenere et inviolabiliter observare promiserunt
prout tam in Tuis quàm dictorum Consulum Scabinorum et Juratorum paten-
tibus Literis inde confectis, Tuoq3 magno et ipsorum Sigillis impendenti muni-
tis plenius continetur. Nosq3 deinde ad commodum et profectum Incolarum et
Regni prædictorum Paternis affectibus anhelantes, tuis in hac parte supplj-
cationibus inclinati de Fratrum Nostrorum Consilio per alias Nostras Lite-
ras duxerimus Statuendum ac etiam ordinandum, ut in dicta Civitate hu-
jus

jusmodi Studium existeret generale illudq3 perpetuis temporibus inibi vigeret tam in Juris Canonici et Civilis quàm alia qualibet licita præterquam in Theolo: gica Facultate et quòd legentes et Studentes ibidem omnibus Privilegijs Libertati: bus et immunitatibus concessis Doctoribus Legentibus et Studentibus, comma: rantibus in Studio generali gaudeant et utantur. Quòdq3 Episcopus Cracovien: sis, qui pro tempore fuerit vel Ecclesiâ Cracovien, Pastore carente, Vicarius seu Officialis dilectorum Filiorum Capituli ipsius Ecclesiæ promovendos in dicta Civitate ad Doctoratûs, seu Magisterij honorem, in illa facultate, in qua fue: rit examinatio facienda, juxta modum et consvetudinem in talibus obser: vatos examinare studeat diligenter eisq3 si adhoc sufficientes et idonei reperti fuerint docendi licentiam tribuat et honorem hujusmodi concedat, prout in dictis Nostris Literis plenius continetur. Cupientes igitur ut tam Incolæ qm alij prædicti in eadem Civitate causâ hujusmodi Studij moraturi utilius pe: sperentur, volumus ac serenitatem Tuam quam votis Nostris conformem spe: ramus et credimus in hac parte rogamus et hortamur attentè, quatenus o: mnia et singula Privilegia hujusmodi per te ut præmittitur concessa ra: tifices et confirmes, et si expediens fuerit alia de Novo Vniversitati, Doctoribq Magistris, Scholaribus et Studentibus hujusmodi Regia Liberalitate con: cedas, illaq3 tam concessa quàm concedenda studeas observare et facias ab alijs prout honori Tuo convenit inviolabiliter observari. Per hoc autem ar: ticulum positum circa finem earundem Literarum Tuarum, quo cavetur, ut Cancellarius Tuus Cracoviensis qui foret pro tempore approbandi e: xamen privatum Scholarium in qualibet facultate, quos per Doctores, seu Magistros, ad dictum examen more solito poni contigeret, supra illos, tan: quam Supremus omnimodam haberet potestatem, Nolumus sub hujus: modi Tua concessione et confirmatione inde facienda, aliquatenus inclu: di cùm hoc ad Nos duntaxat pertineat, qui examinationem et approbati: onem Scholarium hujusmodi fieri per dictum Episcopum, Vicarium seu Of: ficialem duximus ut præmittitur ordinandum. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam Nostræ Voluntatis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis DEI et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se novc: rit incursurum. Datum Avinioni Idus Septembris. Pontificatûs Nostri an:

i. Anno Secundo. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Quarto
Ex Libro Constitutionum Regni Polonie. **Tenor Prime Confirmationis**, sequi:
tur talis. **Akademia Krakowska** acz iest dobrze prawem obwarowana podług
fundacyi, Swiętey pamięci Krolow Polskich, iednak ony y teraznieyszą Kon:
stytucyą, tak waruiemy: iż wszystkie Przywileie nadane tey Akademyi
prerogatywy y ornamenta ich wmocy y całości dawney zachowuiemy zo:
stawuiemy one in toto approbuiąc et in usu antiquo zachowuiąc. Tenor
k. Secunde Confirmationis quo ad ultimum duntaxat punctum est talis
Jura Akademiji w cale zachowac obiecuiemy Ktore im tak iako od Swię:
tey pamięci Jagiełła Krola y inszych Antecessorow Naszych nadane są
y między insze tey Rzeczypospolitey prawa in volumen Legum insero:
wane, tam in toto quàm in parte approbuiemy. Et quia rogatus fui, ut eas
in latinum transponerem: proinde prime sensus est talis. Academia Cra:
coviensis licèt si benè Legibus sit munita juxta fundationem pie memo:
Regum Polononum, tamen eam etiam præsenti constitutione sic firmamus
ut omnia Privilegia concessa huic Academie prærogativas et ornamen:
ta eorum in vigore et Statu pristino relinquamus, ea in toto approbando et
in usu antiquo conservando. Alterius Tenor et sensus est talis: Jura A:
cademie in toto servare pollicemur, que illis ita prout à pie Memorie Jagel:
lone Rege, alijsq; antecessoribg Nostris concessa sunt et inter alia hujus Re
ipublice Jura in volumen Legum inserta tam in toto quàm in parte appro:
l. bamus. **Ex secundo Libro** Academie **Tenor Juramenti Rectoris** est ta:
lis: Item eodem die statutum est ut antiquus Rector in Recommendatio:
ne Novi Rectoris priùs quàm idem Dominus Rector Cathedram ascen:
derit, proponat sibi ea super quibg jurare debet dicendo: Domine Rector,
Vos jurabitis tenere Statuta vos concernentia et manutenere Statuta, que
per Vniversitatem sunt facta et fienda. Item jurabitis quòd ad labores
omnium Doctorum et Magistrorum ad labores Scholasticos obligator
diligenter attendetis, et negligentes in hujusmodi laboribus, secundùm vim
et continentiam Statutorum et Privilegiorum condignè punietis. Item jura:
bitis, quòd fideliter velitis laborare pro bono Vniversitatis. Item quòd ve:
litis pecuniam Vniversitatis pro bono Vniversitatis fideliter dispensare.
Quibus propositis idem antiquus Rector dicat, Novo Rectori. Domine Re
ctor

dor dicatis Juro. Quo facto antiquus Rector præsentet Novo Rectori ea, quæ sunt Universitatis et dicat. Hîc præsento Vobis annulum aureum: Sigilla Universitatis. hîc præsento vobis, Matriculam: Item Librum Statutorum, alia autem quæ Vobis tradere debeo, postea Vobis tradentur.

m. **Tenor Statuti** de non recessione Rectoris post Rectoratum est talis. Item Statutum est ut Rector post exspirationem sui Rectoratus ad spatium unius Mensis de Studio non recedat ad satisfaciendum Juridicè, si quem in Rectoratu suo minus justè offendit, si tamen causam legitimam recedendi de Studio habuerit, tunc Procuratore suo posito ad satisfaciendum ut præmissum est, et licentia habita de Studio, ante spatium unius Mensis recedere poterit. **Tenor Statuti** de alibi Promotis talis est prout sequitur. Alibi promotus antequam recipiatur, juret, Statuta servare, Bursas solvere, et alia facere quæ sunt pernoviter recipiendos facienda ac si in Universitate Nostra fuisset ad talem gradum promotus, præcipuè si prius fuerit facultatis istius. Item Bedello satisfacere. Ex Tertio Libro **Tenor Juramenti Studiosorum talis**

o. **est de verbo ad verbum prout sequitur.** Ego N. juro Vobis Domino Rectori et Vestris Successoribus Canonicè intrantibus obedientiam in omnibus licitis et honestis. Et quòd bonum Universitatis Studij Cracoviensis promovebo pro posse meo ad quemcunq; Statum pervenero. Et quòd hîc Cracoviæ Præceptoribus non utar, nisi jis qui sunt de obedientia Rectoris Et quòd propriam injuriam per me non vindicabo vindicta reali, ut potè vulneratione mutilatione aut armorum strepitu, sed super hoc Officium Rectoris implorabo. Item quòd opinionem Hussi Hæretici damnati similiter, et sequacium ejus, ac renovatarum antiquarum Hæresum nõ servabo. Sic me DEUS adjuvet et hæc Sancta DEI Evangelia. Ex quarto Libro Conclusionum de responsione pro loco, tam quò ad certa duntaxat puncta pertinentia, quàm integranum immediatè se subsequentium.

p. Tenores sunt tales prout sequuntur: Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo. Vigesima Septima Mensis Augusti. In Rectoratu Magistri Benedicti Hesse de Crac: Sacræ Theologiæ Professoris Canonici Ecclesiæ Cracovien, et Rectore Universitatis Studij Cracovien, Convocatio sub hoc tenore facta. Venerabilis Magister et Domine Doctor: Si his

ho:

hodie horâ vigesimâ in Stuba communi Magistronum Collegij Artistarum. Ad audiendam petitionem Venerabilis Viri Fratris Jacobi de Bydgosthia Professoris Sacræ Theologiæ ac Prioris Monasterij Sctæ Trinitatis sub pœna non contradicendi, prout diligitt bonum Vniversitatis. Detur Magistris Theologiæ Doctoribus Juris Promott et Collegiatt. In qua Convocatione idem Venerabilis Vir Frater Jacobus &. hanc subjunxit petitionem. Quemadmodum in alijs Vniversitatibus ut in Parisio Colonia &. Fratres ordinis Prædicatorum sunt incorporati, et adinstar illarum Vniversitatum petunt et postulant ut Fratres Ordinis Prædicatorum ad incorporationem admittantur Vniversitatis. Super qua postulatione, et petitione Magistri et Doctores, vicibus duabus convocati, et bene deliberati, Incorporationem Fratrum dictorum Prædicatorum admiserunt Vniversitati sub hac forma. Placet Incorporatio Vniversitati Conventus Ordinis Sancti Dominici sub his modis. Imò. quòd unusquisq; prædicti Ordinis Frater Studere vel promoveri in Vniversitate Nostra cupiens aut promotus Incorporari volens præstet Juramentum consvetum Rectori pro tempore existenti. 2dò quòd quilibet promoveri volens in aliqua facultate, promoveatur, secundùm Secundum Statuta illius facultatis promotus autem legitimè in ordine petat serecipi ad illam facultatem juxta Statuta illius facultatis. Magister verò in Theologia promotus in eo &. Ordine petat totam Vniversitatem pro sua hujusmodi receptione. Et rationes istarum Conclusionum prædictus Venerabilis Frater Jacobus &. petivit serecipi et admitti pro Magistro in Theolggia, et sibi locum dari, quod et factum est, postquam tamen prius Actum fecerit in Vniversitate Solennem, quemadmodum alij Magistri Professores et Doctores, aliunde ab alijs Vniversitatibus venientes, consvetudine admittuntur. Anno

9. Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Nono. Die Luna quinta Maij Sub Rectoratu Venerabilis Viri Magistri Georgij de Cracovia Decretorum Doctoris, Rectorisq; Vniversitatis Cracovien facta fuit Convocatio Omnium Doctorum Et Magistrorum Salariatorum, cujus tenor sequitur in hæc verba. Egregie Domine Doctor et Magister Reverende. Sitis hodie horâ XII. in Stuba Communi Majoris Collegij Artistarum. Ad tractandq; super petitione Venerabilis Magistri An-

Andreæ de Labyschyn Decretorum Doctoris et Sacræ Theologiæ Baccalaurei qui se petivit in Vniversitate Nostra in Doctorem recipi et pro Doctore reputari, heri Vniversitati Nostræ porrecta et ad concludendum de eadem sub pœna non contradicendi detur omnibus Doctoribus et Magistris duntaxat Salariatis Ex parte Rectoris Vniversitatis. In qua Convocatione ex votorum pluralitate infrascriptorum Doctorum videlicet Joannis de Stupcza Canonici Cracoviensis, Stanislai de Zawada, Mathiæ de Cobilino Sancti Floriani Decani Sacræ Theologiæ Professoris, Clementis de Gorka, Mathiæ de Gosthon facultatis Canonicæ Decani. Valentini de Ilkusz Decretorum Doctorum Nicolai de Staw Theol: Joannis Welsz de Posnania Medi: Licentiatorum, Petri de Zambrzecz, Clementis de Babice Sacræ Theologiæ Baccalaureorum Martini de Cracovia Majoris Collegij Collegiatorum, Bartholomæi de Znenna, Martini de Krankow Baccalaurei in Decr. &. Martini de Kraiewice Minoris Collegij Collegiatorum et Georgij de Cracovia protunc Rectoris Decretorum Doctoris, fuit conclusum. Quòd intuitu Literarum Promotoriarum Serenissimi Domini Regis Nostri et Rñdissimi Domini Archiepiscopi, præfatus Magister Andreas de Labyschyn, remissus est ad facultatem Canonicam pro sui incorporatione et Decretorum Doctor-

r. annumeratione Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Die Martis Septima Decembris. In Rectoratu Venerabilis et Egregij Viri Magistri Joannis de Pilcza Sacræ Theologiæ Professoris Custodis Eccle-siæ Collegiatæ Sancti Floriani in Kleparz facta Convocatio Vniversitatis Doctorum et Magistrorum duntaxat Salariatorum sub hac forma. Venerabilis Domine Doctor et Magister Reverende. Sitis hodie horâ vigesimâ secundâ in Stuba Communi Collegij Majoris Artistarum. Ad consulendum super admissione ad respondendum olim conclusa, pro Marco Sulterio sub debito obedientiæ et sicut diligitis ex juramento bonum Vniversitatis. Detur omnium facultatum Doctoribus et Magistris duntaxat Salariatis. Ex parte Rectoris & super secundo membro, conclusum est Quòd ipse Marcus Sulterius juxta Conclusionem prius de eo factam, Vniversitati incorporatus admittatur ad respondendum publicè in facultate Canonica sine sumptibus qui fiunt circa collationem primam in populentis et escu-lentis. Ita tamen ut secundùm facultatis Canonicæ Ordinationes, si ve-

lit ut Doctor promotus respondere, doceat de sua promotione, vel Literis vel fide dignis Testibus, et hoc probato, opponent ei Doctores, si alium se præten-derit ejusdem gradus sibi objicient, si ut Studens in ordine Studentium respon debit, Studentes cum eo conferrent et hoc idem licebit &. Vbicunquè, etsi no lit se reputatum haberi, inter actu regentes non solvet solvenda juxta Sta-
S. tutorum formam. **Die Jovis Decimaoctava** Mensis Octobris. Venerabilis Magister et Doctor egregius Dominus Blasius de Witemberk, suam ex admissione totius Vniversitatis in Collegio Dominorum Canonistarum responsionem in Medicinis fecit, ubi et collationem notabilem disposuit, et his habitis Convocationem ad instantiam sui Die Veneris Vigesima sex-ta Mensis Octobris. Dominorum Doctorum, facultatis Theologicæ Ca-nonistarum et omnium Decanorum super sui incorporatione facta per Dominum Rectorem Dominum Joannem Wysocki, sub hoc teno-re Verborum. Venerabilis et Egregie Domine Doctor ac Magister Re-verende. Sitis hodie horâ decimâ septimâ in Collegio Dominorum Ca-nonistarum et in habitatione Rectoris ad consequen, facien, ea quæ post responsionem facienda sunt ad instantiam Magistri Blasÿ de Witem-berk, Doctoris Medicinæ, juxta commissionem Dominis Doctoribus fa-ctam. Detur Dominis Doctoribus Theologiæ et Juris Canonici et Decano Facultatis Artium sub pœna non contradicendi. Ex parte Re-ctoris. Vbi tunc per Dominos, est ejus susceptio facta, locus juxta sui promotionem consignatus. Et demum Sabbatho proximo ante Elisa-beth Convocatione Generali, super certis negotÿs Vniversitatis, per Domi-num Rectorem facta, ipso præsente Venerabili et Egregio viro Magistro Blasio Medicinæ Doctore: ad instantiam Domini Rectoris fiscus, qui per-eum cum debuit solvi Vniversitati est gratiosè per omnes dimissus à quo est perpetuo absolutus. Et ibidem locum in ordine recepit. hæc acta sunt di-
t. ebus et Mensibus quibus supra. **Anno Domini** Millesimo Quingente-simo Decimo octavo. Die Mercurÿ calendas Septembris. In Rectora-tu Venerabilis et Egregÿ Domini Mathiæ de Miechow Artium Magi-stri et Medicinæ Doctoris Canonici Cracovien, facta Convocatione sub hoc tenore. Reverende Pater Doctor Egregie et Magister Venerande

Sibi

Sitis hoc uno quartali, ante factum Decimæ nonæ in Stuba Communi Majo:
ris Collegÿ Artistarum. Ad audiendam petitionem, simul et admissionem
(si placuerit :) pro incorporatione Venerabilis Magistri Nicolai de Wielis
ka Medicinæ Doctoris Bononiensis. Detur omnibg Dominis Doctoribg
incorporatis et Magistris duntaxat Salariatis. Ex parte Rectoris. In qua
Convocatione petente Venerabili Domino Nicolao de Wieliczka Ma:
gistro Cracoviensi et Doctore Bononiensi incorporationem sui gradûs in
Medicina. Admissus est per totam Vniversitatem et ad suam facultā
tem remissus: Item eo vlterius petente ut remitteretur sibi fiscus juxta Sta:
tutum novum viginti floreny variatis votis Dominonum in quatuor par
tes, conclusum est finaliter ut præfatus Magister Nicolaus de Wielis:
ka Doctor Medicinæ Bononiensis daret medietatem Vniversitati
Decem florenos, ita tamen, quòd priùs quàm ascendat Cathedram
ad respondendum; Tres florenos pro fisco det, et septem florenos succes:
su temporis dabit, puta in uno anno, vel quando ad pinguiorem fortu
U. nam perveniet. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trige:
simo Sexto. Die Decimaseptima Junÿ. Facta Convocatione per Ve:
nerabilem et Egregium Dominum Martinum Betza de Graco:
via, Decretorum Doctorem et Parochum in Lûborzyca Rectorem
totius Vniversitatis. Cujus tenor sequitur et est talis. Venerabilis
et Egregie Domine Doctor et Magister Reverende. Sit Tua D. ho
die hora XVIII in Stuba Communi Collegÿ Majoris Artistarum. Ad
audiendam petitionem Venerabilis Domini Valeriani Pernus de Cra
covia Vniversitatis Parisiensis Magistri Artium, super sua admis:
sione ad respondendum pro loco &. Detur omnibus Dominis Doctori:
bus et Magistris duntaxat Salariatis. Inqua Convocatione. Quò ad
primum Articulum Convocationis de Domino Valeriano Pernus
Vniversitatis Parisiensis Artium Magistro: Conclusum est de
consensu omnium Doctorum et Magistrorum, quòd præfatus Adri
anus admittatur ad responsionem publicam, pro loco habendo, inter
Magistros Nostræ Vniversitatis in hunc modum, ut Quæstionem
de Artibus præsentet Decano & facultati Artisticæ in Convocatio:

ne

ne Artistica castigandam revidendam per Decanum si videbitur; quam per Baccalaureum determinabit, unâ horâ tantùm, ipse vero argumenta sustinebit Magistronum quos Rector et Decanus eligent potiores, Quibg Rector mittit partes unâ septimanâ ante responsionem. In argumentando hic ordo observabitur, Dominus Vicecancellarius primus argumentabitur. Deinde Artium Magistri secundùm senium, seu Promotiones. Pro qua die Dominus Rector faciet mandatum totius Vniversitatis ut etiam consvetum est fieri in responsionibus Doctorum aliarum facultatum. Magistri verò in suis oppositionibus debebunt se absolvere uno die tantum, pars eorum ante prandia, reliqui vero absoluto prandio. Demum responsione absoluta. Magister respondens juxta Statuta Vniversitatis ex Decreto Domini Rectoris ultimo loco
a. inter Magistros gaudebit. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Nono Die verò Solis Vigesima secunda Mensis Decembris præmissa Convocatione sub hac forma et Verbo rum tenore. Egregie Domine Doctor et Magister Reverende. Sit T. D. hodierna die horâ vigesimâ in æstuario Collegij Majoris Artistarum. Primùm ad audiendam petitionem Venerabilis et Egregij Magistri Jacobi à Bisskupice Medicinæ Doctoris Reverendissimi Nostri Physici, qui cupit incorporari Collegio Medicorum Nostræ Vniversitatis per responsionem publicam. Detur omnibus Dominis Doctoribus et Magistris, tantummodo Scholariatis. Ex parte Rectoris. In qua quidem Convocatione conclusum est de unanimi consensu omnium prænominatorum Dominorum Doctorum et Magistrorum per Dominum Rectorem quò ad primum punctum de Domino Magistro Jacobo de Bisskupice Phisico Reverendissimi Episcopi Cracoviensis, promoto in Doctorem Medicinæ in Studio Padvano petentis se incorporari Collegio Dominorum Medicorum Vniversitatis Nostræ et illic incontinenti producentis Literas suæ Promotionis in facultate Medica in præfata Vniversitate Padvana per Reverendissimum Patrem et Dominum Calixtum Juris Vtriusq; Doctorem Episcopum Argolicensem Reverendissimi Francisci Cardinalis Pisani Vniversitatis Padvanæ Cancellarij &. Anno

Nil:

Millesimo Quingentesimo Trigesimo Sexto. Et Dominus Rector an:
te omnia mandavit verificare Titulum, et Sigillum præfatarum
Literarum sic productarum. Quas quidem Literas Venerabiles
et Egregij Viri Domini, Doctor Philippus Aher per verbum Credo:
et Magister Bartholomæus Regiomontanus Collegiatus Mino:
ris Collegij. per Verbum Scio; et præsens interfui tunc promotioni
præfati Venerabilis Domini Jacobi de Bis Rupice in Universi:
tate Padvana, Titulum et Sigillum tactis duobus digitis, ut mos
est Sacris Literis recognoverunt. Quo facto conclusum est per Do
minum Rectorem de assensu omnium, ut idem D. Magister Jaco
bus ad Facultatem Medicam remitteretur, et ipso facto est remissus
y. ut juxta Statuta ad ulteriora cum eo procederet. **Anno Domini** Mille
simo Quingentesimo Quinquagesimo secundo. Die Jovis Tertia
mensis Novembris. Venerabilis et Eximius Dominus Magister
Albertus Sasnaniensis Medicæ facultatis Doctor paulominus in
partibus Italiæ, ut Literæ ipsius patentes in apertum exhibitæ
prima facie apparebant, et testantur, Patavij promotus, apiceq3 di:
gnitatis, atq3 Doctorali Laurea insignitus et in Collegam ejusdem
facultatis post decessum olim Adami à Brzeziny Doctoris haud
ita pridem demortui ejusdem celebris Universitatis unanimi omnium
voto electus coram Reverendo Patre Domino Doctore Joanne à
Sanok Præposito Sancti Nicolai prohunc in Officio præcessore imme:
diato totaq3 sublimium ingenionum corona dictæ Universitatis per:
sonaliter comparens petijt et cum debita instantia postulavit sibi ad re:
spondendum pro loco, ac celebri Academiæ Nostræ illiusq3 gremio
incorporandum dici diem et præfigi &c. Et Dominus Rector memo.
ratus petitioni ipsius, ut puto justæ, rationiq3 consonæ, diem præsentem
Jovis dixit, statuit ac præfixit. Præsentibus Dominis Reverendis:
simo in Christo Patre Domino et Domino Andrea D&J &s Apo:
stolicæ Sedis gratiâ Episcopo Cracoviensi, Joanne Corczoki De
cano Gnesnensi, Stanislao Stominski Canonicis Cracoviensib9
ac Sapientissimo Senatu Cracoviensi et alys quàm pluribus perso:

nis

nis fide dignis: acme Jacobo Gwiazdowski Actorum Notario Publico
Z. Testibus circa præmissa. Anno Domini Millesimo Quingentesimo
Sexagesimo Secundo. Die vero Duodecima Februarÿ. Facta Convoca:
tione omnium Doctorum ac Magistronum in Hypocausto Commu:
ni Jurisperitorum. Ad audiendam petitionem super admissione
ad responsionem pro loco, post præsentationem Dominorum Procon:
sulis ac Consulum Cracovien, præfati Magistri Sieprci Romæ per Col:
legium Mediconum in Doctorem in Medicinis promoti, ubi visis prim:
mum Literis Suæ promotionis admissus est, ad responsionem publi:
cam pro loco, salva tamen ejus primum Literarum verificatione et Fa:
cultatis promoven, Archimedici et Collegÿj Mediconum. Quæ quidem
verificatio est facta per Legatum Pontificis Romani tunc Cracovie
præsentis ejusq; verificationis specialis Actus per Notarium in Li:
brum Actorum est insertus, sub ejusdem Domini Doctoris Jurobini Re:
ctoratu. Deinde ut dies Responsioni per eundem Rectorem adhibitis sib
Venerabilibg ac Egregÿs Viris Dominis Nicolao à Sadek Sigismundo
à Stężyca et Alberto de Posnania Collega in Medica facultate DD. ul:
tima Aprilis est præfixa. Conclusio autem facta est super prædicta ad
missione Præsentibus Venerabilibus ac Egregÿs Dominis Nicola:
o à Sadek Theologiæ, Sigismundo à Stężyca Juris, Adamo Matla:
aa. ac alÿs facultatum Doctoribus ac Magistris. Anno Domini Mille
simo Quingentesimo Sexagesimo Tertio. Die Novembris duodecima
in Convocatione Vniversitatis sub his verbis emissa. Reverende Pater
Domine Doctor et Magister Venerande adsit D. V. hodie in tactu
horæ Vigesimæ primæ cùm signum campana dabitur in Vaporario &
Communi Collegÿ Majoris. Ad audiendam petitionem Venerabilium
Magistrorum Stanislai Pici et Jacobi Gorski sub pœna tunc per præ:
sentes Decretis non contradicendi. Detur omnibg Dominis omnium
facultatum Doctoribus et Magistris tantùm Salariatis. Magister
Stanislaus Picus Vigesima Octobris in Lectorem Ordinarium Me:
dicinæ electus petÿt se ad responsionem publicam pro Incorporatione
Collegio Mediconum admitti. Post quam petitionem Literas suæ pro:
motionis Doctoralis in Vniversitate Padvana acceptæ produxit, ea:
rum

tiate Magister Venerabilis. Adsit hodie D.V. horâ vigesima in hypocausto Communi Majoris Collegij dum signum campanâ dabitur & ad audiendam petitionem Excellentis Viri M. Sebastiani Latkowicz Collegæ Majoris M.D. Patavij creati pro loco, inter DD. Medicæ facultatis respondere volentis & sub pœna non contradicendi, et prout diligitis bonum Vniversitatis. Detur omnibg Dñis Doctoribg et Magistris duntaxat Salariatis Ex parte D. Rectoris Vniversitatis Cracoviensis. Cumq; ad omnes inductum esset de loco Convocationi dando ex unanimi consensu D. Rector conclusit præsentem Convocationem habere locum in instanti ad 1mum punctum & 2uò ad 4tum punctum. Audita est petitio Excellentis Viri M. Sebastiani Latkowicz Collegæ Majoris Med: D. Patavij creati, quin conspectu totig Vniversitatis in habitu honesto prodeundo brevi Oratione intentionem suam Vniversitati declaravit indefectuq; Literarum sive Privilegij promotionis suæ, allegabat Testes inductos, coram Actis Magnifici D. Rectoris moderni, qui super sua promotione mediante corporali juramento deposuerunt, offerendo se promotionem eandem Suam Doctoralem Privilegio Academiæ Patavien, brevi probaturum, petens se cum sua promotione facultati Medicorum incorporari ad responsionem pro loco admitti. Qua petitione ejus audita post accessum ejgdem in locum separatum causâ deliberandi graviter super ipsig instantia deliberatum est. Placuitque omnibg petitionem hanc cum sua deliberatione in aliud tempg videlicet postquam Literas promotionis suæ Dominus Latkowicz habuerit cum Literarum hujusmodi productio sit de essentia præsentis deliberationis ac gradûs Doctoralis, cujus incorporationem D. petens urget differri.

eee. Anno Domini. Millesimo Sexcentesimo Decimo nono. Decima Tertia Decembris. Data est Convocatio his Verbis. Egregie D. Dr ac Magister Venerabilis. Adsit D.V. hodie horâ vigesimâ primâ in Stuba Majoris Collegij dum signum pulsu campanæ datum fuerit. Ad audiendam petitionem V.D. M. Joannis Crosneri in Jure Vtroq; Romæ promoti, juxta promissionem in Conclusionibg Vniversitatis inscriptam pro loco inter Doctores Juridicæ Facultatis consequendo respondere volendo &. sub pœna non contradicendo, et prout diligitis bonum Vniversitatis. Detur omnibg Dominis

nis Doctoribg et Magistris duntaxat Salariatis Exparte Rectoris Vniv:
sitatis. Datoq3 loco Convocaõni. Aadita est petitio V. D. M. Crosneri etsecedē
te illo in partem post binam inductionem, multasq3 rationum agitationes ex
pluralitate conclusum est, admittendum esse ad publicam responsionem, ve:
rificatis prig Literis sui Doctoratg apud Rectorem et Facultatem Iuridi:
cam, nil interim loquen de futura ipsig vocatione. Tandem Vigesima
Decembris produxit Literas coram facultate Iuridica in forma solita.
ff. Quod DēVS eidem fortunatum esse velit. Anno Domini Millesimo Sex
centesimo Vigesimo. Nona Martij. Facta est Convocatio Vniversitatis his
Verbis. Rnde Egregie D Doctor ac Mgr Venerabilis. Adsit D. V. hodie
horâ Decimâ Nonâ dum signum campanæ pulsu dabitur in Stuba Ma:
joris Collegij Artistarum ad audiendam petitionem Excellentis D. Joan:
nis Innocentij Petricij M.D. Bononiæ promoti, pro loco inter D.D. Medici
næ consequen respondere cupientis &. prout diligitis bonum Vniversitatis
et sub pœna non contradicen. Detur omnibg Dñis Doctoribg omnium
facultatum et Mgris quo ad primum punctum. Quò verò ad alia, dunta
xat Salariatis. Exparte Rectoris. Inqua Convocatione posteaquam
datus fuisset locus Convocationi, audiverunt petitionem &. Deinde Ex
cellens Dñus Joannes Innocentig Petricig ab Vniversitate responsionē
pro loco absolvere petens, et in partem secedens ex pluralitate obtinuit. Cū
labor in Academia nemini sit denegandus qui Jurisdictioni Rectoris
fuerit subjectg et sic Literis suæ promotionis exhibitis remissg est ad fa:
cultatem Medicam pro verificaõne Literarum et gratias egit. eAnno
JJJ. Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quarto. Die verò decima
quarta Junij. Data est Convocatio per D. Rectorem in hac forma. Ad
modum Rnde Clarme et Excellens D. Dr Mgr Venerabilis. Adesse
dignetur DV. hodie in hypocausto Collegij Majoris horâ decimâ septimâ
dum signum campanâ dabitur ad deliberandum super audienda peti
tione, atq3 n DD. Dñum soris promotorum in S. Theologia responsiones p.
loco et alia quæ per Dñum Rectorem proponentur. Detur Rñ Dñis Pro
fessoribg Vniversitatis scilcet Salariatis Exparte Rectoris. Inqua Con
vocatione &. Quò ad 4tum Cùm D. Rector proposuisset Vniversitatem

esse

esse in gravi periculo propter defectum Doctorum Facultatis Theologicæ maxime durantibg istis conatibg Jesuitarum, neq3 Dñi Licentiati insignia Doctoralia accipere volunt excusando se cunctatione DD. Drum neq3 Dñi Doctores à multis Annis quidquam finiem dictis promotionibg tentarunt, quamvis semper promittant; ideoq3 videri ex re Universitatis, ut alibi promoti ad respondendum in Theologia admittantur. Jam verò surrexerunt R.R.DD. Dñg Opatovig et Silevig Drēs Theologiæ Romæ promoti, facultatem respondendi sibi concedi petentes, qui cum locum deliberandi dedisset, conclusum est; per Universitatem, consensu unanimi, conclusioq3 ibidem scripta et publicata ut cum responsio p. loco sit odiosa et præjudicialis, hic promoti Dñi Drēs Th: D. Licentiatum Danielem Sigonium, et si quis alig sit hic Licentiatg intra Trimestre tempore non impedito promoveant. Quod si facere nolint unus ex illis quia scilcet vel præsidere, vel animare recusabit, D. Rector defectum illig supplebit, si uterq3 noluerit, admittentur dicti petentes ad respondendum citra præjudicium tamen Seniorum maximè Licentiatorum et relicta Universitati facultate cum prius admittendi ad respondendum qui facultati ornandæ commodior videbitur. Anno Domini Millesimo

hhh. Sexcentesimo Vigesimo Quinto. Die decimaseptima Martÿ. Facta est Convocão Universitatis his verbis. R.ac Egregie D. Dr et Mgr Venerabilis. Adsit D.V. hodie hora vigesima dum signum pulsu campanæ datum fuerit in Stuba Communi Majoris Collegÿ &. ad petitionem admittendã R.D Mathiæ Blosÿ Romæ promoti, super relaxandis decem Quæshionibg pro loco inter DD.S.Th: obtinen, per Universitatem assignatis &. prout diligitis bonum Universitatis et sub pœna non contradicen. Detur omnibg Dñis Professoribg quò ad primum punctum Sed quò ad alia septem punda, duntaxat Salariatis. Ex parte Rectoris Universitatis. In qua Convocatione quo ad 1mum &. Quo ad 2dum punctum dum R.D. Blosig ab Universitate petÿsset concessionem responsionis pro loco inter Doctores consequendo promittens talem quæshionem ad disputandum proponere quæ decem Quæstiones simul complecteretur, secedens q3 in partem, dum Universitas considerâsset temeritatem ipsig ad socordiam, qui nullis unquam

quam negotijs Vniversitatis occupatq per tot multos annos feriabatur à di:
sputationibq publicis et Contionibq in Ordine suo absolvendis ideoq3 æquita
te efflagitante obstringeretur ad decem Quæstiones absolvendas, nihilomi:
nq habita est ratio Intercessoriarum Illrmi ac Rndmi Episcopi Cracovi:
en et Cancellarij Vniversitatis ad Rectorem et facultatem Theologicam Scri
ptarum ut ex nimia benignitate quinq3 duntaxat Quæstiones in chartis
describendas publicè disputaret, ne talento à DO sibi concredito et pati:
entiâ atq3 facilitate Vniversitatis cum scandalo aliorum Iuniorum abute:
iii. retur. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Octavo. Die duo
decima Januarij. Facta est Convocatio Dñorum Pfrum sub tali tenore ver:
borum. Rñde Pr Clarme D. Doctor Mgr Vnblis. Adesse dignetur D.V.
hodie in hypocausto communi Majoris Collegij horâ 20 dum signum
pulsu campanæ dabitur &. Ad audiendam petitionem V.D. M. Laurenty
Smierzkowicz volentis respondere pro loco inter Medicinæ DD. &. sub pœna
non contradicendi, et prout quisq3 diligit bonum Vniversitatis. Detur omni:
bq Adm R.R. Pribq Clarmis Dñis Pfribq et Mgris Vnbilibq Salariatis dun:
taxat Ex parte Rectoris Vniversitatis. &. Ad 1mum V.D. M. Laurenti:
us Smierzkowicz admissq ad respondendum verificatis Literis promo:
tionis per D. Rectorem et Decanum facultatis Medicæ. Anno Domini
K.K.K. Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo. Die decimaquinta
Januarij. Data est Convocáo Vniversitatis tali serie Verbonum Rñde Pr
Egregie D. Dr et Mgr Vnblis. Adsit D.V. hodie horâ Vigesimâ in hypo:
causto Majoris Collegij post pulsum campanæ. Ad audiendam petitionem
Excellentmi et Clarmi D. Francisci Rolinski Phiæ et Med: Dñis volentis
respondere pro loco obtinendo inter Dños Dres Medicinæ sub pœna carentiæ
et non contradicendi. Detur R.R. Patribq Egregijs Dñis Doctoribq et Ma:
gistris Vnblibq duntaxat Salariatis Ex parte Vice Rectoris Vniversitatis.
Postdatum Convocationi locum conclusum. Excellmq D. Franciscq Ro:
III. linski obtinuit facultatem respondendi pro loco. Anno Domini Mille
simo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto. Die verò Decimaseptima Septem:
bris. Data est Convocáo Vniversitatis in hunc qui sequitur modum.
Adm Rñde Pater Clarme D. Pfr et Magister V. Adsit D. V. hodie
in

in hypocausto communi Collegij Majoris dum pulsq Campanæ dabitur horâ decimâ octavâ &. Ad audiendam petitionem Adm̃ R.R.DD. Theo: logorum simulq; J.V. Pfrum. Detur Adm̃ R.R. Pribg Clarmis Dnis Do: ctoribg et Mgris Vñbilibg duntaxat Salariatis. Ex parte Rectoris ejusq Vniversitatis. In qua quidem Convocaõne hæc sunt conclusa &. Ex una nimi consensu omnium Facultatum dataẽ facultas respondendi in ter Dnos Drẽs S. Th: et locum inter eosdem obtinen, Adm̃ R.D. Jacobo Vitellio S. Th: Pfri. Quod verò attinet petitionem alterig videlicet Adm̃ R.D. Sigismundi Grygerowicz Præpositi S. Nicolai extra muros Graco: vien, hunc, ex consensu Majoris partis Professorum Vniversitas ad Fa: cultatem Theologicam remisit ut illa cognoscat utrùm petitio ejg Lẽ: gibg et Consvetudinibg antiquis sit conformis et actu laborantibg non præjudiciva, eaq; inre Facultas Theologica Vniversitatem informabit à qua petens ultimam determinationem expectabit. Clarmi DD. J.V. Profres, Clarmg D. Stanislag Czaplic, Clarmg D. Alphonsg Karynski Cla: rmg D. Stanislaus Rozycki petierunt concedi sibi facultatem respon den: di inter Drẽs J.V. et locum obtinendi. Quantum ad responsionem inter DD. concessa facultas respondendi Clarmis Dñis. Quantum autem ad loca inter Drẽs habenda. Quia interim solg Perillis D. Jacobg Gorski J.V. Dr et Pfr Canonicg Cracovien in Juridica facultate Dr existit. Ideo Univer: sitas designavit, et deputavit, ex qualibet facultate Viros: Magnificum D. Rectorem Laurentium Smiercz Kowicz, Perillrem et Adm̃ R.D. Adamum Opatovium S. Th: D. Canonicum Cracovien. Adm̃ R.D. Jacobum Vsticn: sem S. Th: J.V.D. et Pfrem S. Floriani et SS. Omnium Præpositum, Perillu: strem et Adm̃ R.D. Jacobum Gorski J.V.D. et Pfrem Canonicum Cra: covien primarium in Juridica facultate Patrem. Clarmum Dñum Fran: ciscum Rolinski Phiæ et Medicinæ Drem et Pfrem. Excellmum D. Jaco: bum Suski Phiæ Drem et Pfrem protunc Decanum Artisticæ facultatis, qui unig cujusq; Professoris in supranominatorum merita et labo: res penes Academiam et in Juridica facultate exantlatos probè et fi: deliter cognoscent, discernent, dijudicabunt, et Jura ejusdem Juridicæ facultatis diligenter perspicient et investigabunt. Anno Domini Mil: le:

mmm lesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono Die quinta Martÿ. Data est Con
vocatio Vniversitatis hæc in verba Adm Rnde Pater Clarissime Domine Dr
Magister Venerabilis. Adesse dignetur D.V. hodie horâ vigesimâ in Stuba Com:
muni Majoris Collegÿ dum signum pulsu campanæ datum fuerit: Ad con
cedendam facultatem respondendy pro loco Clarissimo Dño Michaëli Behm
M.D. sub pœna non contradicendy prout diligitis bonum Vniversitatis. Detur
Adm R.P. Clarissimo Domino Doctori Magistro Rndo duntaxat Salari
atis Ex parte Rectoris Vniversitatis. In qua quidem Convocatione ob certas
rationes Dominorum Doctorum Facultatis Medicæ facta est dilatio in ali:
nnn ud tempus. **Anno Domini** Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo No:
no. Die secunda xbris. Facta est Convocatio omnium Drum Doctorum Profes:
sorum et Mgrorum Vniversitatis Salariatorum per Schedam hoc tenore ver
bum. Adm Rnde Pater Clarme D. ac Magr V. Adesse dignetur V. Digni:
tas in Stuba Communi Collegÿ Artistarum Die hodierna horâ vigesimâ
Ad audiendam petitionem respondere volentium pro loco necnon & sub pœ
na non contradicendi et prout diligitis bonum Vniversitatis. Detur admo:
dum Rndo Patri Clarmo D. Doctori Magro Venerabili duntaxat Salari:
atis. Ex parte Rectoris. In qua quidem Convocatione & Quo ad petitionem fa:
cultatt' respondendy, inter DD. assurgentibg duobg Adm Rndo D. Stanislao Jur
kowski Ecclesiæ Collegiatæ S. Norriani Canonico et postmodum Adm Rndo
D. Gregorio Modlinski S. Annæ Præposito petentibgqꝫ sibi facultatem respon:
dendy pro loco inter Dños Doctores Theologiæ concedi. Tandem facta inductione
ad omnes et singulas DD. Magistros et Professores in Convocatione præsentes
ex unanimi omnium consensu Adm R.D. Stanislao Jurkowski concessæ
facultas respondendi inter S. Th: DD. Tum quoꝫ adm R.D. Gregorio Modlin:
ski. Sine tamen præjudicio Majoris Domus et Beneficiorum et ascensuum
Collegas Majores concernentium in Vniversitate ex quo Beneficium cumu
egressu Præposituram videlicet S. Annæ accepit. Tenor Runcti Ex Libro de
Academia Parisiensi sumpti sequitur talis. Vibrandi verò in Reos Ecclesia:
stici fulminis plena facultas eidem etiam concredita est, et quò cumulatior esset
Jurisdictio ejus carcerem aliquando et Tribunal ille habuit appendicesqꝫ cæte:
ras coactivæ dictaturæ. Manaratqꝫ ut arbitror ista Authoritas à Walone &

pi:

piscopo Parisionum postea Cardinale cujus fuit hæc Constitutio Anno = Millesimo Centesimo Octavo. Volentes autem quantum cum DEO et honeste possumg Magistris et Scholaribg deferre catenus ipsum rigorem. si quis est Nostræ Constitutionis duximg temperandum, ut antequam periculum Ex cõis incurratur admonitio Generalis fiat per Magistros et Comminatio Ex cõis in transgressores quibg præmissis, si qui forte contumaces extiterunt, iterum nominatim sub eadem comminatione et in Scholis moneantur. Indulta nihilominus ad satisfaciendum dilatione competenti, quod si forte nec taliter resipiscere voluerint extunc per Cancellarium qui pro tempore fuerit excommunicati denuntientur, et tamdiu abomnibg devitentur donec satisfecerint competenter et ab Episcopo si fuerit præsens vel eo absente ab Abbate S. Victoris cum forma Ecclesiæ fuerint absoluti. Præcipimus autem Magris in Virtute Spiritus S. ut prædicta omnia excepto tamen necessitatis excusabilis Articulo, diligentiùs exequantur, ne per negligentiam vel malitiam aliquorum Nostræ constitutionis Authoritas contemnatur &. Fuitq; paulo post à Mauritio Episcopo renovata. Qui cum sibi Cancellarium quicunq; is fuit sibi suffecisset in ijs quæ ad regimen Scholarum Clericorumq; spectarent illaq; cura se sublevâsset potestatem eidem commisit cõercendi castigandiq; Clerici conscripsitq; de Vicaria delegaõne illa Instrumentum publicum propriaq; manu et Sigillo communivit quod Joannes de Oliva Cancellarig alijs actionis et litis quam Academicis intentarat Libellis aliquando permiscuit et ad subsidium causæ produxit cum permultis Excommunicationum Actibg quibg Scholares Parisienses vetusti Cancellarij atq; eorum officiales olim alligârant. Verùm quia tantam authoritatem plenumq; ampliasse visus esset ultra modum et fines Jurisdictionis transiliisse qui essent Lege et consvetudine circumscripti gravi idcirco et acerba castigatione vapulavit aliquando per Bullam Honory IIIsi Doctorum et Discipulorum. Anno Millesimo Ducentesimo Decimo Septimo et per Bullam Gregory IX. Parens Scientiarum Anno Millesimo Ducentesimo Trigesimo Secundo. fecitq; nõ mediocrem jacturam postea dignitatis suæ. nec eo loco ac gradu sedit ad quem antiqua illa ætas evexerat; et adversg illa fulmina repetitum Româ subsidium est ab Academicis impetratumq; aliquando ne et ipsum aca-

de:

ppp. demiæ corpus nec Mercuriales ejus à quoquam quantavis ad istud Authorita-
te pollenti inconsulto Pontifice Maximo percuti Excommunicaõne aut Interdi-
cto possent. Tenor Literarum Bonifacÿ Papæ sequitur talis: Bonifacig Epi-
scopus Servus Servorum DēI. Ad perpetuam rei memoriam. Eximiæ devo-
tionis affectus quem Carissimus in Xsto Filius Noster Vladislaus Rex et Ca-
rissima in Xsto Filia Nostra Hedvigis Regina Polonie Illustres ad Nos, et
Romanam gerunt Ecclesiam promereretur ut votis eorum illis præsertim-
per quæ Divini Nominis et fidei Catholicæ cultus protenditur, justitia coli-
tur, tam publica quàm privata res geritur utiliter omnisq3 prosperitas hu-
manæ conditionis augetur favorabiliter annuamus. Cùm itaq3 sicut ex-
hibita Nobis nuper pro parte dictorum Regis et Reginæ, petitio continebatur
in eorum Civitate Cracoviensi ex Statuto et Ordinatione Sedis Apostolicæ, ab
olim fuerit atq3 sit in Vtroq3 Jure et alia qualibet licita facultate præterquam
in Sacra Theologia Studium Generale, pro parte Regis ac Reginæ prædicto-
rum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in Civitate prædicta statuere ac
ordinare hujusmodi Studium generale etiam in ipsa Theologia de benigni-
tate Apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicaõnibg inclinati
Authoritate Apostolica tenore præsentium statuimg et etiam ordinamg qđ
in ipsa Civitate exnunc in antea perpetuis futuris temporibg, sit ac esse vale-
at et etiam in eadem Theologia hujgmodi Studium generale, cui præsit is qui
eidem Studio hacteng præfuit ab antiquo. Et nihilominꝰ de uberioris dono
gratiæ concedimg, quòd Studentes et regentes pro tempore in ipso Studio in ea-
dem Theologia ac Baccalaureatus licentiæ vel Doctoratg gradum ibidem
suscipientes omnibg Privilegÿs Libertatibg Prærogativis et Indulgentÿs gau-
deant et utantur, quibg quacunq3 Authoritate concessis in eadem Theologia
Studentes regentes et similes gradg Parisÿs suscipientes gaudent ac etiam
quomodolibet potiuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam Nostrorum Statuti, Ordinaõnis et concessionis infringere vel ei au-
su temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indigna-
tionem Omnipotentis DēI et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejꝰ
se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum. Tertio Idus Janu-
arÿ Pontificatus Nostri Anno Octavo. In Sigillo autem Inscriptio talis

Bo-

999. Bonifacius VIIII. Tenor Literarum Pauli Papæ. de verbo ad verbum est talis prout sequitur Paulus Papa V. Ad futuram rei memoriam. Ad ea per quæ Vniversitatum Studij Gñalis unde Ecclesia Catholica doctrinæ fructus uberes percapere assiduè solet, Iura confirmantur libenter intendimus ipsasq3 Vniversitates favoribg et gratijs prosequimur opportunis prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Venerabilis frater Episcopus Cracovien et dilecti Filij Rectores Vniversitatis Studij Generalis Civitatis Cracovien quòd ipsa Vniversitas multis et diversis Privilegijs, à plerisq3 Romanis Pontificibus Prædecessoribg Nostris ac Regibg Poloniæ sibi concessis gaudet; quæ sicut aliorum Prædecessorum Nostrorum confirmatione roborata fuere, ita et Nostrarum vigore Literarum communiri plurimum desiderant. Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunæ confirmationis gratiam impartiri de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur honestæ eorum petitionis æquitatem attendentes hujusmodi supplicationibg inclinati omnia et singula Privilegia, Facultates Indultæ exemptiones eidem Vniversitati per quoscunq3 Romanos Pontifices et Prædecessores Nostros et Poloniæ Reges, ut præmittitur concessa confirmata et approbata dummodo tamen sint in usu ac sacri Concilij Tridentini Decretis ac Nostris et eorundem Prædecessorum Constitutionibg non adversentur; nec revocata vel sub aliquibg revocationibg comprehensa sint Apostolica Authoritate tenore præsentium perpetuò confirmamg et approbamg illisq3 inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimg ac omnes et singulas tam Juris quàm facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus ipsasq3 Privilegia in eadem Vniversitate perpetuò observari sicq3 per quoscunq3 Judices Ordinarios et Delegatos et Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari et definiri debere ac irritum et inane quid quid secus super his à quoquè quavis Authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus et declaramus. Non obstantibg Constitutionibus et Ordinationibg Apostolicis caterisq3 contrarijs quibuscunq3. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die decima quarta Novembris Millesimo Sexcentesimo Decimo

cimo Tertio Pontificatus Nostri Anno Nono S. Cobellutius. Item paucis
post diebus videlicet Mercurÿ Vigesima septima Mensis ejus & videlicet
Julÿ. Anni currentis idem præfatg Excellentmus Dominus Gabriel
Ochocki M. D. ex supranominatis et Juculenter descriptis Academio-
Cracovien Libris, ostendit mihi adhuc in Tribg eorum quædam
transumenda quæ circa priorem oblationem non adverterat, ut pote
in Primo qui est Privilegionum folio ipsius 2tio ex Privilegio prænomi-
nati Piæ memoriæ Vladislai Jagellonis Regis Poloniæ dictæ Aca-
demiæ de data Cracoviæ ipso die S. Viti. Anno Domini Millesimo Qua-
dringentesimo Primo concesso punctum unicum cujus Tenor est talis
rrr. **Damus** itaq; donamus conferimus ascribimus adjungimus et incor-
poramus perpetuis temporibg affuturis ejusdem Studÿ Generalis Cra-
coviensis Sacræ Theologiæ Professoribus Doctoribg et Magistris ac Vni-
versitati Cancellarias Nostras Regales Tres duntaxat Terrarum
Nostrarum videlicet Majoris Poloniæ Lancicien et Syradien nec-
non omnes et singulas dignitates, Personatus, Officia, Canonicatus,
et Præbendas &c. **In Secundo** qui inscribitur **Ista sunt Statuta** folio
ipsius Imo Scripturam quandam antiquo Charactere scriptam. Cu-
sss. jus **Tenor** est talis sub **anno Domini** Millesimo Quadringentesimo.
Collegium Almæ Vniversitatis Studÿ Cracovien est institutum per
Serenissimum Invictissimumq; Principem Dominum Vladislaum Dg
gratia Regem Poloniæ. Et ipso die S. Mariæ Magdalenæ &. Et Lecti
o prima Lecta est Feriâ Secundâ post Festum S. Jacobi Apostoli in De-
cretalibg per Rñdum in Christo Patrem ac Dominum Dominum
Petrum Divina Miseratione Episcopum Cracovien ejusdem Studÿ Can-
cellarium Vtriusq; Juris Doctorem. **In Tertio demum Libro** qui inscri-
bitur **DEO Opt: Max Conclusionum & Pars Tertia Tria** transu-
menda Imò folio septuagesimo Septimo. Sub Anno Domini Millesi
mo Sexcentesimo Decimo in Rectoratu Reverendi et Eximij Viri
ttt Petri Gorcinij Juris Vtriusq; Doctoris Canonici Cracoviensis. **Pun**
ctum ex Convocatione Duodecimâ Majÿ celebratâ Tenoris segñ
tis. Quod vero ad Tertium Convocationis membrum consulebatur

quiâ

quid statuendum sit in eos qui Studys suis Academiæ pernitiosis gra:
tiam apud Episcopum et alios aucupando Profe̅rum famam, et existi
mationem pscindunt' quod d e. M. Stęzycio Præposito Ecclesiæ S. Ni:
colai indicatum qui' in dedicatoria prætensa Epsta sua in Commen
tarios, si Dys plac'et Ciceronis quarundam Orationum invehitur in
mores et nescio quæ Studia Academiconum. Hic autem accensus fu:
ror omnium, et cùm videretur ad omnes graviter ferey, factum una:
nimiter conclusum esse voluerunt; ut Rector ex Officio suo procedat'
contra eum, ad pœnam proscriptionis. Qui enim impius et ingratg est;
contra eos, qui eum genuerunt' aluerunt, et tantum quantus est; consti
luerunt': cui parcet is.' 2dò folio Septuagesimo Nono sub Anno eodem
videlicet Millesimo Sexcentesimo Decimo, in Rectoratu quarto, Adm
Rndi Patris Domini M. Adami Falencki S. Theologiæ Dris et Pfris.
Punctum ex Convocatione Die Decimanona Januarij. celebratæ Te:
noris sequentis. In eadem Convocatione conclusum est omnibg consenti:
entibus, Causam contra M. Adamum Stęzycium S. Nicolai Præposi
tum, ratione violatæ per illius famosum scriptum Vniversitatis, sub
D. Rectore cæptam esse promovendam injuriamqꝫ inauditam, tantam
et tam atrocem ad ulteriora quæcunqꝫ etiam S. Sedis Apostolicæ Subsel:
lia Sumptu Vniversitatis vindicandam. Tertiò folio Quadragesimo
sub Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tertio. in Rectoratu septimo
Rn̅di Domini Nicolai Dobrocieski I. V Doctoris Cracoviensis et San:
dominieny Canonici. Statutum de Judicijs Rectoris Tenoris sequen:
tis. Quod à Prima Fundatione ex concessione tam Sedis Apostolicæ tum
Regum totiusqꝫ Reipublicæ Vniversitas Nostra obtinuit, inviolabili:
ter observare volumus, ut Rector habeat Jurisdictionem ordinariam
super omnes qui in Civitate Cracoviensi et Suburbijs ejus Studij causa
moram traxerint' in omnibg Causis Civilibg et criminalibg Levioribg:
nec ullus unquam in eisdem Causis Doctorem, Magistrum, Scholarem,
Bedellum Stationarium alibi coram Judice quocunqꝫ Ecclesiastico
vel Sæculari, audeat' convenire sub pœna decem Marcarum grossor
Pragensium. A Sententia autem Rectoris nullus appellare valeat' vel

sup:

yyy.

xxx

supplicare aut restitutionem in integrum petere, nisi ad Consiliarios Vniversitatis. Quod ne passim temere fiat, volumus ut per Appellantē Vadium Appellationis duorum florenorum prius apud Rectorem deponatur. Quod si fuerit causa magni momenti à Consiliarijs poterit dari Appellatio ad Vniversitatem Vadio appellationis quatuor florenorum prius apud Rectorem deposito. Si autem Causa fuerit inter Professores Beneficialis ad Episcopum Cracoviensem pro tempore existentem recurri debet, juxta Privilegium Vladislai Regis per Sedem Apostolicam confirmatum. Quicquid autem Episcopg, cum Rectore et Decanis Facultatum, vel majori parte decreverit, istud sine omni contradictione servari debebit, sub pœna Excommunicaōnis et Exclusionis juxta Privilegium Alberti Episcopi Cracoviensis Cancellarij Vniversitatis et Sedis Apostolicæ Delegati: et hoc ne Professores per lites et jurgia à suis Lectionibg avocentur et finis litibg expeditus imponatur. **Demum Die Jovis Vigesimaoctava** Mensis ejusdem videlicet Julij, idem præfatus Excellentissimus Dominus Gabriel Ochocki Medicinæ Doctor obtulit mihi adhuc duos Libros ex Archivo similiter Academiæ Cracoviensis sumptos. Vnum videlicet in folio magnum et crassū qui inscribitur Ephemeridum Novum atq; insigne opg ab Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Sexto, vsq; in Millesimum Sexcentesimum Sextum & authore Leovitio à Leonicia expressusq; est Augustæ Vindelicorum Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Septimo, in cujus folionum marginibus fere per totum multa sunt notabilia manuscripta, inter quæ ostendit etiam mihi quoddam notabile in folio dextro, cui Annus Millesimus Quingentesimg Octuagesimg Primg impressg ē Mensis autem Septembr illudq; transumi petijt. **Cujus Tenor est talis de verbo ad verbum prout sequitur** S.C. (videlicet ibris) **Petrus Lilia Posnanien. D. Th: Promotionis Romanæ, Statura parvus audaciâ magnus, præsumptione maximg contra mentem facultatis Theologicæ et Statuta ipsius ex mandato Rñ. dñi Episcopi et Cancellarij, respondit in Lectorio Superiori Theologorū pro gloria, nullus Theologorum ad eam disputationem venit, disputa-**

yyy

xxx
xx
x

hu:

tunus cum magna ignominia et indignãone Episcopi, qui præsens in-
terfuit cum Canonicis tantùm quinquè Eccleæ Cathedralis. Hic Li-
lia erat bene versatg in materia de Relationibg ex Capreolo, memoria
commendatt' in reliquis frigebat. Oppugnabatur ab aliquot Magistris
Philosophicæ Facultatis Argumentis fere omnibg Sophisticis. Dispu-
tatio pro gloria instituta, fuit, sed sinè gloria desÿt. Altenum parvum
in quarto pargameneum crassum uno digito folÿs duodecem antiquo
charactere. Septem verò recentiori manuscriptis constans, qui inscribitur
sic: Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Vigesimo Nono. In
Præpositura Mgri Mathiæ de Labyszchyno Statuta antiqua sunt de
novo conscripta. &. In altera vero facie ejgdem chartæ inscriptio talis
In Nomine Domini Nostri JESV Christi Amen. Sequuntur Statuta
Magistronum Collegÿ Regis Vladislai &. Ex quo Libello duo Statuta
transumi petÿt. Vnum folio 1mo in ordine cujus Tenor etiam cum In-
scriptione est talis. **De Optione Novorum Collegiatorum** Ad consulen-
dum et providendum Vniversitatis Commodo et incremento et obvian-
dum periculis et demolitioni ejusdem Vniversitatis necnon Ambitionis
ZZZ. vitio. Statuimg et irrefragabiliter tenendum decernimg nullum ad Collegium
more Nadab et Abia Filionum Aaron assumenq admittenq et recipienq per
aliquam vel personam aut alio quovis modo intrare nitentem q̃m per Pro-
motorum et Collegiatorum favorem duntaxat suam Cañcam efficere ge-
stientem promoonem, quorum interest optare eligere et recipere ad Collegi-
um personas idoneas quibg et constat ad oculum in moribg et Scientÿs
assumendarum valor et dignitas Persona. Quod si quispiam huic Statuto
contrarium attentaverit optato careat ipso facto, Si autem procaci acau-
su temerario immemor suæ salutis et honoris aliorsum quàm per præ-
missam Promotorum et Collegiatorum Canonicam Electionem ambitiosè
et importunè non vocatg velut Aaron, sed promotg imò verig intrusg
locum aliquem occupaverit, extunc in eodem loco in perpetuum stare de-
bebit absq, omni ascensu nedum ad Majg Collegium venum etiam in eo-
dem Minori Collegio ullum ascensum obtinebit ut sua ipsi culpa in pœnam
vertatur. Et in eo loco contemptibiliter opprimatur et deficiat, quem iniqua
am-

ambitionis fastu usurpare non formidabat. Cùm nemo sibi debeat honorem assumere nisi vocatus tanquam Aaron. **Allerum** folio Decimoseptimo quòad punctum duntaxat Convocaonis. Cujg tenor est talis prout sequitur. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octavo. Die Luna vigesima sexta Junij Facta. Convocão omnium Drum et Mgrorum duntaxat Salariatorum per Magncum D. Joannem de Regulis Artium et Med: Drem, tunc Rectorem Almæ Vniversitatis Studij Cracovien sub hoc tenore verborum. Egregie D. Dr et Magr Rnde. Sitis hodie horâ 20 in Stuba. communi Collegij Majoris Artistarum. Ad tractandum consulendum et finaliter concludendum super certis negotijs et Causis immunitatem et Libertatem Vniversitatis concernentibg et præsertim in Causa DD. Collegiatorum prædicti Collegij Majoris &. Dealjsqꝫ per Rectorem proponen sub debito obedientiæ et pœna non contradicendi. Detur õibg DD. et Magistris duntaxat Salariatis. Exparte Rectoris. Lectaqꝫ et introducta eadem in Conventu omnium tunc congregatorum, præmisso maturo tractatu et deliberaõne super immunitatibg, et Libertatibg, Juribg, Priwilegijs, Statutis et consvetudinibg etiam à prima plantatione seu fundaõne præfatæ Domg Collegij Majoris suo in robore et simultudine inviolabiliter semper servatt. Commemorata etiam eligendi Libertate, qua eaq. Domg semper usa ẽ, ipso Jure præscriptionis firmata unanimi voto et consensu omnium conclusum est et per D. Rectorem præmemoratum clara voce pronunciatt, nullo contradicente, eandem Domum Collegij Majoris Artistarum, semper et ab initio fuisse essеqꝫ liberam in suis Electionibg seu vocationibg Personarum sive de Minori Collegio Mgrorum ad Majg, sive de ordine extraneorum ad Collegium Minus ipsamqꝫ in suis immunitatibg et Libertatibg semper fuisse, sicut præmittitur Priwilegiatam, et à tota Vniversitate in eisdꝫ Libertatibg sine aliqua contraria instantia conservatam &. Super quibg omnibg et singulis præmissis, suprascriptg Clarmg et Excellmg D. Gabriel Ochocki Med. Dr et Pfr, petyt sibi àme Publico Notario infrascripto præsens confici et extradi Instrumentum. Acta sunt hæc Cracoviæ, Anno Indictione Pontificatu, Mensequibg supra. Præsentibg Vnbli Gregorio Ochabowicz Artium et Philosophiæ in Alma Academia Cracovien, Baccalaurco et Famato Martino Kindel, Testibg ad præmissa vocatis rogatis et adhibitis. Locus ✠ Signi Notariatg. Et quia ego Mathias Dembski Artium et Phiæ Baccalaureg, Sacra Authoritte Aplica Notarig Pubcus, præmissis omnibg et singulis, unà cum prænominatis Testibg presen-

sent

sens interfui eaq3 sic fieri vidi et audivi fideliterq3 et diligenter ex eorum Origi
nalibg transumpsi, et in hanc formam redegi cum eisdemq3 collationavi, ideo
in fidem, et Testimonium evidentig præsens Publicum Instrumentum ma-
nu mea propria scriptum, signo Nomine et Cognomine meis solitis, quibg in
conficiendis Instrumentis utor subscripsi ac muniui, rogatus et requisitg.
Nicolaus Oborski Iuris V. Doctor Canonicg Cracovien. Iudex Surrogatus.
Vniversis et singulis quorum interest intererit aut quomodolibet in futurum
interesse poterit. Significamg et attestamur Vnbl̃em Mathiam Dgbski publi-
cum S. Authoritate Aplica Notarium de prædicto Instrumento rogatum et re
quisitum fuisse, ac quod ejus Scripturis et Instrumentis per eum confectis et
indies conficiendis semper plena fides adhibita est prout et hodie adhibe-
tur. In quorum fidem Datum Cracoviæ Die Tertia Augusti Millesimo
Sexcentesimo Quinquagesimo. Nicolaus Oborski I.V.D. Canonicg Cra
coviensis Iudex Surrogatus manu propria Locus ✠ Sigilli.

SYNOPSIS

IURIUM & PRIVILEGII

iurium & privilegiorum

necnon

Constitutionum Regni et Magistrorum Studij Gene
ralis Cracoviensis; circa idem Studium ordinandum
et promovendum in eadem Vniversitate Studij Gene
ralis Cracoviensis ad Annum Do DC. L = 1650.
reperibilium per M. S. A
dicinæ Dñem
Publico
officiosè

COLLECTA





tnotum. Quo:
modo anno à Nativitate Ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, Mil
lesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Indictione Romana Tertia, Pon
tificatûs Sanctissimi Domini Nostri Domini Innocentij Divinâ
Providentiâ Papæ Ejus Nominis Decimi, feliciter moderni, Anno
Ipsi

Pro Bibliotheca Collegii Juridici.